



# Disputatio juridica inauguralis de usufructu & quemadmodum quis utatur fruatur

<https://hdl.handle.net/1874/341858>

25

DISPUTATIO JURIDICA  
IN AUGURALIS,  
DE  
**U S U F R U C T U**  
& quemadmodum quis utatur fruatur,

*Ex auctoritate Magnifici Rectoris,*

D. HERMANNI WITSII,

S. S. Theol. Doctoris, ejusdemque in Inlyta Academia Ultrajectina  
Professoris Ordinarii, & Ecclesiae ibidem Pastoris facundissimi.

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicorum Consensu, & Alma  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis  
ritè, ac legitimè consequendis,

*Eruditorum crisi subjicit*

JOHANNES vander HORST, VADA-GELDRUS.

*Ad diem 30. Decembris, loco horisque solitis.*



ULTRAJECTI,

---

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clo lœ Lxxxvi.

VIRO SPECTATISSIMO,  
D. ANTONIO  
VANDER HORST,  
CIVITATIS VADÆ VIRO-  
CONSULARI, ORDINUM GELDRIÆ  
AC PRÆDICTÆ CIVITATIS  
QUÆSTORI, PARENTI OMNI  
FILIALI AMORE AD ROGUM  
COLENDO VENERANDO.



Hanc Disputationem suam Inauguralem,  
Juridici studii primitias

Offert atque inscribit

JOHANNES vander HORST.

A. & R.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A

I N A U G U R A L I S,

D E

U s u f r u c t u & quemadmodum quis  
utatur fruatur.

T H E S I S I.



*Ervitutes, partim sunt Personales, par-*  
*tim Reales. Personales sunt, quæ a re*  
*aliena personæ debentur : Reales quæ*  
*debentur rebus : de personalibus hac dis-*  
*putatione dicturi scimus, quibus annu-*  
*meratur Ususfructus l. i. ff. de Servi-*  
*tutibus.*

I I.

*U s u s f r u c t u s e s t j u s u t e n d i f r u e n d i r e b u s a l i e n i s ,*  
*s a l v a r e r u m s u b s t a n t i a l . i . f f . b . t i t . § . i . i n s t . e o d . V e r-*  
*b o j u r i s e x c l u d i t u r c o n d u c t i o , e m p h y t e u s i s , & r e s*  
*p r e c a t i o c o n c e s s a , q u i b u s q u i s a l i q u i d e r e a l i e n a p e-*  
*c i p i t . S e d n o n e o d e m j u r e , q u o f r u c t u a r i u s . V e r b a ,*  
*a l i e n i s r e b u s , i n d i c a n t e u m , q u i h a b e t u s u m f r u c t u m ,*  
*r e i p r o p r i e t a t e m n o n h a b e r e , q u i a r e s s u a n e m i n i s e r-*  
*v i t l . i f f . d e u s u s f r . l e g . l . 34 . i n f i n . f f . d e s e r v i t . r u s t .*  
*p r æ d . n e q u e e n i m f r u c t u s p e r c i p i e n s e x r e s u a , d i c i*  
*p o t e s t e o s p e r c i p e r e j u r e s e r v i t u t i s , s e d d o m i n i i ; o c c u-*  
*r i t n u n c v e r b u m , u t e n d i , a d d i f f e r e n t i a m p i g n o r i s ,*  
*q u o d e s t a p u d c r e d i t o r e m ; e o q u e u t i n o n p o t e s t i n v i-*  
*t o d e b i t o r e . A d d i t u r , f r u e n d i , u t s e p a r e t u r , à n u d o*  
*u s u & h a b i t a t i o n e : n a m i l l e n u d u s u s u s e s t t a n t u m*  
*j u s u t e n d i a d n e c e s s i t a t e m , n o n e t i a m f r u e n d i . P o s t r e-*

#### 4 D I S P U T A T I O J U R I D I C A

ma verba definitionis sunt, *salva substantia*, tum ut excludatur quasi ususfructus earum rerum, quæ usu consumuntur, ut olei, vini, frumenti, lanæ, quarum rerum ususfructus propriæ non est, (scilicet verus) sed quasi ususfructus §. 2. *inst. b. tit. l. 2. ff. b. eod. tit.*

#### I I I.

Vulgo dividunt D.D. usumfructum in causalem & formalem. *Causalem* vocant cuius causa sit proprietas, cui ususfructus cohæret. *Formalem*, qui in rebus alienis consistitæ proprietate separatus. *Diviso* hæc aperte verbis definitionis confutatur: est ususfructus jus alienis rebus utendi-fruendi. Omnis igitur ususfructus formalis est. Nam ut supra demonstravimus, usumfructum servitutem esse, *l. 1. ff. de servit.* Res autem propria nemini servit *l. 26. ff. de servit. urb. præd. l. 5. ff. si ususfr. pet.* quanquam inficias ire nolim usumfructum quandoque abusivè pro commodo accipi, quod quis in re sua habet *l. 70. §. 2. ff. de fidejuſ. l. 12. 6. §. 1. ff. de verb. oblig.* imo in multis casibus dominii partem esse, id est, effectum domini obtinere, & haberi fructuarium pro domino *l. 4. ff. de usufr. l. 8. in pri. ff. de reb. autor. jud. poss. l. 48. de verb. obl.*

#### I V.

Constituitur ususfructus à lege, judice, domino, à lege; ut patri, in bonis adventitiis filiisam. *l. 1. 2. 6. pr. C. de bon. quæ lib. prin. inst. per quas. person. nob. adq.* A judice in judiciis divisoriis familiæ erciscundæ, communi dividendo, cum alteri fructus, alteri proprietas assignatur, *l. 6. §. 1. l. 16. §. 1. ff. famil. ercisc. l. 6. §. 10. Comm. divid.* A Domino constituitur ususfructus testamento, pactionibus & stipulationibus, nec non præscriptione longi temporis *l. 1. §. ult. ff. de servit. præd. rust.*

## INAUGURALIS. 3

rust. l. pen. C. b. tit. l. ult. in fin. C. de long. temp.  
præscr.

## V.

Uſusfructus conſtitui potest in omnibus rebus, mo-  
bilis & immobiles: modo ſalva maneat liberis legitimi-  
ma, per auth. Noviff. C. de in off. teſt. quinimo, ut  
ſcrii potest omnium bonorum donatio, ſic etiam gene-  
ralis omnium bonorum uſusfructus recte conſtituitur l.  
29. ff. b. tit. nec refert utrum utilitatem in præſenti ad-  
ferre poſſint res fructuario nec ne l. 41. §. 1. ff. b. tit.

## V I.

Fructarius cavere debet, ſe boni viri arbitratu re  
uſurum, eamque finito uſuſructu eadem bonitate, il-  
liusve (in quaſi uſuſructu) aſtimationem reſtituturum  
l. 1. l. fin. ff. de uſuſr. quemad. cav. l. 7. ff. de uſuſr.  
earum. rerum. quæ cauio teſtamento quidem remitti  
nequit l. 1. C. de uſuſr. l. pen. C. ut in poſſ. legat. quo  
minus ab herede remittatur, nihil impedimento eſt l.  
pen. C. de paſt. l. 71. ff. ad leg. falcid. gail. 2. obſ. 145.  
num. 12.

## V I I.

Cauio quoniam prætoria eſt fidejuſſores deſiderat l.  
1. pr. §. 5. ff. de uſuſr. quemad. Cav. l. 7. ff. de præt. ſi-  
pulat. l. 4. C. de uſuſr. nam ſatiſdare eſt fidejuſſores da-  
re l. 1. qui ſatiſd. cog. Quid ſi fructarius propter in-  
opia m fidejuſſores non reperiāt? ad juramenti cauio-  
nem admittendus eſt, ſi mores non faciant eum ſu-  
ſpectum: ſin faciant, apud ſequēſtre fructus depo-  
nendi ſunt. arg. l. 6. ff. ſi cui plus quam. per leg. falc  
Gail. 2. obſ. 47. Nim. 7. Gomes. 2. reſol. 15. Num.  
3. § 4.

## 6 DISPUTATIO JURIDICA

## V III.

Si Uxori relictus sit ususfructus omnium bonorum, etiam inventarii confectionem DD. ei injungunt, & ita quidem, ut à marito remitti nequeat: *Ripa ad l. titiam 34. §. ult. ff. de leg. 2. quæst. 51. Boer. decis. 63. num. 12. Peck. 5. de testam. conj. 24. num. 3. Christin. ad leg. machlin. tit. 9. §. 13.*

## I X.

Omnis fructus ad fructuarium pertinent, sive *naturales*, sive *industriales*, sive *civiles* sint *l. 7. ff. b. tit. l. 25. §. 1. ff. de usur.* (non tamen partus ancillæ, quia absurdum visum est, hominem in fructu computari *l. 68. ff. b. tit. l. 28. ff. de usur.* Non thesaurus in fundo repertus, quia is fructus fundi non est *l. un. C. de thesaur. §. 39. inst. de rer. divis.*) ut tamen *naturales* ac *industriales* non aliter suos faciat, quam si eos ipse percepit, vel alius ejus nomine *l. 13. ff. quib. mod. ususfr. amitt.* nec interest, maturi sint an immaturi, si modo usum præbere soleant *l. pen. ff. b. tit.* & quod attinet fructus *civiles*, puta *pensiones*, si quidem illæ solvantur ex re singulis momentis usum præbente, velut ædificio, anni postremi pensiones pro rata temporis, quo duravit eo anno ususfructus, inter proprietarium ac fructuarium dividendæ sunt *l. 26. ff. b. tit. l. 58. ff. eod.*

## X.

Ad fructus fundi pertinet quicquid ex fundo percipi potest; ut *cespites lapidicinæ, metalla etiam noviter inventa.* circa quæ tamen distinguitur in *l. 7. §. 13. ff. soluto matr.* an lapides renascantur vel non, ut illo casu tantum in fructu sunt *l. ult. ff. de fund. dot. l. 32. ff. de jur. dot. Sand. 5. tit. 3. def. 2.* idem etiam dicendum esse

## INAUGURALIS. 7

esse putant de terrulis bituminosis vel paludibus Sand.  
d. loco plin. 36. C. 15. in fin. fructus alluvionum, insula-  
rum, aucupiorum nec non & venationum, nam &  
hæc pro fructibus agri habentur, scil. quando locus ad  
venandum comparatus, & cuius utilitas in venatione  
consistit l. 26. ff. de usur. non vero quatenus jure gen-  
tium omnibus usus venationis, patet. vid. modest. part.  
I. qu. 15. Carpz. p. 3. c. 32. castillo. c. 36. nu. 28.

## X I.

Qui habet sylvæ usumfructum, ad modum patris fa-  
milias, sicut ille cädere solebat, debet uti lignis, & de-  
bet parcere frugiferis arboribus, nisi arbores sint reyul-  
sæ, quibus ad usum suum, & non amplius, uti potest  
l. 12. pr. b. tit. Donell. lib. 10. C. 7. omnia enim debet  
is, cui ususfructus legatus, ad consuetudinem Domini  
dirigere Castillo c. 22. nu. 9. & seq.

## X II.

De arboribus non Cæduis, sed frugiferis, regula est.  
Si vi ventorum aut terra motu depulsæ aut evulsæ  
sint, potest arboribus illis uti ad comburendum, vel  
domum reficiendam: scil. quando aliunde non habet  
materiam ignis l. 12. b. tit. & sic supponitur hic, ar-  
bores in sylva non cœdua vi dejectas proprietarii esse,  
& usufructuario nullum jus competere Manz. ad. b.  
tit. num. 133. nisi ad necessarios usus & sic etiam usu-  
fructuarios, si vellet vendere tales arbores evulsas, ma-  
le faceret, quia in fructu non sunt, nec adest causa ne-  
cessaria refectionis. Barbosa ad l. divortio §. si fundum.  
num. 13. & seq. non potest etiam excidere arbores fru-  
giferas, tametsi esset pro reparacione fundi. Castillo d.  
c. 25. num. 23. notabilis limitatio est in l. 10. ff. b. t. nisi  
fructuarios denunciaverit proprietario, ut tolleret,

ille

## 8 DISPUTATIO JURIDICA.

*ille vero pro derelicto habeat. Barb. in d. §. si fundum. num. 21.*

## XIII.

Quando agri vel sylvæ ususfructus conceslus vel legatus est, in locum demortuarum aliæ arbores substituendæ sunt, & priores mortuæ ad fructuarium pertinent; quamvis secus sit in evulsis. *l. 12. pr. l. 59. pr. b. tit. Donell. lib. 10. cap. 8.* eadem ratione usufructu gregis legato, in locum demortuorum alia Capita substituenda sunt, *l. 68. b. tit.* nam alias non uteretur arbitrio boni viri, & substituta capita desinunt esse usufructuarii: sed si ex grege nova capita substituere non possit ad id non tenetur *arg. 5. 38. inst. de R. D. Cavale. de usufr. mulieri reliet. num 84. Gomez. t. 2. resol. c. 15. num. 7. Manzius de usuf. qu. 15. num. 188.* nec surrogare tenetur, quando non gregis, sed singulorum capitum ususfructus legatus *l. 70. b. tit.* nam oves singulæ non recipiunt augmentum ut grex, & mortuo capite finitur ususfructus *Manz. d. l. 187.*

## XIV.

Secundum naturam est, *commoda eum sequi, quem sequuntur incommoda l. 10. ff. de R. Jur. sic & fructarius,* ex hac regula aliquatenus obligatus est ad incommodum: scil. rem sartam tectam conservare ac in id modicos sumtus facere. Quæ vero vetustate lapsa, eorum refection ad proprietarium pertinet *Bachov. th. 13. lit. A.* sed si velit fundum deserere, nec ad modicas expensas tenetur *l. 48. ff. b. tit.* Nisi propter culpam fructuarii res deteriorata *l. 64. & seq. ff. b. tit.* quod si quid præter Sarta tecta, & ultra, quam impendi debat, erogaverit, poterit expensas actione negotiorum gestorum repetere à proprietario, vel ejus hærede. *l. 7. ff. b. tit.*

Cæ-

Ceterum quia ususfructarius omnem utilitatem ex ususfructu percipit; ne inutilis sit proprietas, semper absente ususfructu, placuit eum certis modis extinguiri, & ad proprietarium reverti. Et primo quidem extinguitur morte naturali fructuarii, quia persona tantum debetur & servit, eique cohæret. l. 1. ff. de servit. l. 3. l. penul. in princ. C. h.t. §. 4. inst. eod. ideoque cum persona extinguiri necesse est. arg. l. 7. ff. de except. & l. 196. ff. de R. J. nec ad hæredes transit, nisi id expresse actum sit; quo casu primi tantum gradus heredes, non ulteriores, censentur comprehensi l. 14. c. b. tit. sive naturali morte persona moriatur, sive civili, maximam aut medium capitum diminutionem passa. §. 3. inst. b. tit. olim etiam minima capitum diminutione amittebatur ususfructus. Paul. lib. 3. sent. tit. 9. quod per Justinianum correctum. l. corrup. C. de usufr. & habitat.

Finitur etiam ususfructus, si fructuarius ususfruitus non sit per modum & tempus definitum. per modum non utitur, qui modum præscriptum in utendo non observat. per tempus, qui nullo modo utitur per constitutum tempus; quod; olim in re mobili annus fuit, in immobili biennium Paul. d. loc. hodie in mobilibus trienium est, in immobilibus inter præsentes decennium, inter absentes anni. 20. l. scut. c. de. servi. & ag. l. 20. quib. mod. ususfr. amitt. præscriptione à proprietario facta l. pen. c. b. tit.

10 DISPUTA JURID. INAUGUR.

XVII.

Extinguitur ususfructus cessione facta ipsi domino , quæ nihil aliud est quam consolidatio , nam cedendo extraneo nihil agitur §. pen. inst. b. tit. id est ususfructus in priore causa manet , arg. pr. inst. qui & ex quib. caus. manum. non poss.

XVIII.

Extinguitur & interit rei , quia ususfructus est jus in corpore , (accidens in substantia) quo sublato necesse est hoc jus. interire l. 2. ff. b. tit. quare si ædes incendio perierint , adeo perit ususfructus , ut nec area ususfructus debeatur , non enim area , sed ædium ususfructus legatus erat l. 1. §. 3. l. 10. ff. quib. mod. ususfr.

XIX.

Civitati , Ecclesiæ &c. legatus ususfructus durat 100 annos l. 56. ff. b. tit. l. 8. de usufr. leg. nisi medio tempore ecclesia destructa aut civitas aratum passa sit l. 21. ff. b. tit.



Annexa

## Annexa quædam.

I.

*Princeps legibus solutus est.*

II.

*Transactio non potest fieri super re certa.*

III.

*Mulier SCto Vellejano renuntiare potest.*

IV.

*Nemo invitus cogi potest rem suam vendere.*

V.

*Filius fam. SCto Macedoniano renunciare non potest.*

Fi-

V I.

Fideiūſor non potest ſe in graviorem  
cauſam obligare quam reus princi-  
palis debet.

V I I.

Nemo potest eſe iudex & advo-  
catus  
ſimul.

V I I I.

Mulier non potest eſſe teſtis in teſta-  
mento.

